33

1. **Gaudeamus igitur,** iuvenes dum sumus!:| Post iucundam iuventutem, post molestam senectutem |:nos habebit humus.:|
2. Ubi sunt, qui ante nos in mundo fuere?:| Vadite ad superos, transite ad inferos, |:ubi iam fuere (*oder:* hos si vis videre).:|
3. Vita nostra brevis est, brevi finietur,:| venit mors velociter, rapit nos atrociter, |:nemini parcetur.:|
4. Vivat academia, vivant professores,:| vivat membrum quodlibet, vivant membra quaelibet, |:semper sint in flore!:|
5. Vivant omnes virgines, faciles (*oder:* graciles), formosae!:| Vivant et mulieres, tenerae, amabiles, |:bonae, laboriosae!:|
6. Vivat et res publica et qui illam regit.:| Vivat nostra civitas, maecenatum caritas, |:quae nos hic protegit.:|
7. Pereat tristitia, pereant osores,:| pereat diabolus, quivis antiburschius, |:atque irrisores!:|